




UNIVERSITÉ DE PARIS

DISCOURS ET VERS

BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote

U 59-2 in-4

1153802526




Table


des ouvrages

Contenus dans ce volume.

1° Carvet (Guillelmus)	Sanguineus D. G. de Lamoignon de Imperatoria quidem in principem denatus Galliarum promotione. 11 Jan. 1683.
2° Bersan (M. A.)	Sereniss. principi Eurenno, Epitaphium.
3° Cavernier. (N)	Oratio funebrius, habita 13 8 ^e 1683 cum Academ. dar. in aede R. N. Ch. Reginae Mariae Theresiae, austriacae.
4° Fencardent.	Eloge du Roi en vers français 1689.
5° Rollin (Car.)	ad ill. Vir. F. M. Le Cellier, marchio de Louvois, cum ejus filius C. de Louvois, Carmen.
6° Bosquillon.	A. M. le M. de Louvois à l'occasion d'un exercice public fait sur les Idylles de Theocrite par M. l'abbé de Louvois. Imitation du latin de Ch. Rollin.
7° Rollin (Car.)	M. abb. C. Le Cellier de Louvois, cum theses philosoph. in colleg. Nazarii tueretur. an. 1692. 9 Cal. 7bris Carmen.
8° Bosquillon	A. M. l'abbé de Louvois, sur la thèse qu'il dedie au Roi. Imitation des Vers latins de Ch. Rollin.
9° Billel (Petrus)	Sophia ad Artes et artes ad Sophiam. Quum C. L. Colbert de Seignelai theses de universa philosophia tueretur in doct. Senae. Calend. Aug. an. 1705. Ode
10° Guerin (Fr.)	Musam historiae praesidem. cum C. Coffin. L. Ode. 27 8bris 1710.
11°	Joas, tragedia, pour être représentée au collège d'Harcourt. (Imitation d'Alhalie de Racine)
12° Marin (Lud.)	Ad Joannem Boerinum. Epistola de Festivo. Carmen.
13° Guerin (Fr.)	Carmen, cum... Ludovico XV gratularetur publica oratione Crevier. (S. B. L.)
14° Doree (Car.)	Theatrum sit ne, vel esse possit schola informandis moribus idonea Oratio, habita die 13 martii 1733 in Reg. L. Magni Coll. S. J.
15° Marin (L.)	Regi ob restitutam Valetudinem Ode
16° Les Beuv (Ch)	In restitutam regi Valetudinem. Oratio gratulatoria habita 3. Xbris 1744.
17° Vanvilliers (J)	Ludovico, victori moderato, Oratio habita 4 nonas Octob. 1745.
18° Le Beau (J. L.)	De pace, oratio gratulatoria. habita die 27 feb. an. 1746.

- 19 Le Beau (Ch) De pace. Oratio gratulatoria habita an. 1763.
- 20 Louvel (Nic) De legum et litterarum conjunctione oratio, habita an. 1763.
- 21 Noël Ode sur la naissance de M^{le} le Dauphin.
- 22 Marin. Gamad. Epître aux français, sur la naissance du Dauphin.
- 23 Fresnois (J.B) In ortum sereniss. Delphini somnium.
- 24 Hanquet In ortum serenissimi Delphini Ode.
- 25 Richard (N.) Vers sur la naissance, de M^{le} le Dauphin adressés à la reine.
- 26 Sélis. Le prince désiré - conte de fées - présenté à la reine à l'occasion de la naissance du Dauphin.
27. Chivod (M.A.F) Oratio in recentem ortum S. D. habita nomine Univers. in exter. Sorbonae Scholis. 7 Januarii 1782.
- 28 Riquier. (J.F.) Ad Reginam infelicissimum S. Delphini ortum. Carmen.
- 29 Ode sur la naissance de M^{re} le Dauphin par un étudiant de 19 ans.
30. In ortum sereniss. Delphini Carmen.
31. Pour la distribution solennelle des prix du collège de Chalons. Exercices franç. pour le 26 Août 1766.
32. Exercice pour la distribution des prix par les écoliers de seconde du collège de Chalons. 24 Août 1768.





H.F.

u.

H. F. a. u. 19².


2

SERENISSIMO PRINCIPI

TURENNIO

EPICEDIVM.

Marcus Antonius Hersan



PARISIIS,
Ex Officina SIMONIS BENARD, viâ Jacobæâ.

M. DC. LXXVI.

(1676.)



SEE ENGLISH TO PRINCE

TURBINE

EXCEDED



PARIS 1812
EX CATHOLICIS BERNARD, VII. Jacob.

MS. D.C. EX. VI.

SERENISSIMO PRINCIPI
EMMANUELI THEODOSIO
A TURRE ARVERNIAE
BULLONIO

S. R. E.


EMINENTISSIMO CARDINALI,
ET MAGNO FRANCIAE ELEEMOSYNARIO &c.

QUOD tibi carmen offero, PRINCEPS SERENISSIME, non habui cui potius offerrem quàm tibi. Tuus est, cujus mortem lugemus omnes, TURENNIUS: tuus, inquam, non solum cognatione sanguinis, sed etiam virtutum & gloria mutuâ communicatione. Et quidem cum magna debes illi tu, tum ille tibi longè majora: eam quippe debet, sine qua jaciissent reliqua ejus ornamenta, religionem atque sanctitatem. Et quoniam illâ TURENNII ad veram fidem conversione nihil est illustrius, te unâ cum TURENNIO laudari videbam oportere. At laudare ambos propter infinitatem argumenti, quia integrum non erat; malui opportunâ dilatione temporis alere animos ad tuas virtutes prædicandas olim: nunc verò ex immensâ multitudine triumphorum, eos

potissimum seligere, quibus TURENNIUS ultima vite sue momenta consecravit. Ac de his quidem triumphis si ita narra-
vi, ut res quemadmodum gesta sint, exposuerim absque fabula-
rum ambagibus; id ego nimirum feci, quod cum arbitra-
bar Heroem tantum etiam hac re secernendum esse à cæteris
Heroibus, quorum virtutes fucò indigent sapissime: tum verò
nefas existimabam ejusmodi commentis prævertere, ut ita di-
cam, perversitatem Posterorum, qui non credent res tantas,
tam admirabiles, tam diversas, ab uno homine confici potuisse;
sed pulchrè confictas ad excellentis cujusdam Imperatoris effi-
giem putabunt. Id autem vereor unum, ne tam grave argu-
mentum ingenii culpâ videar detrivisse. Tuum est, PRINCEPS
SERENISSIME, judicare quid hac in re sim assecutus. Mul-
tùm certè, & quidem supra vota, si consilium hoc meum
ut cunque tibi probabitur.



MARCUS ANTONIUS HER SAN
Humanitatis Professor in Sorbonæ-Plessæo.



SERENISSIMO PRINCIPI
TURENNIO
EPICEDIVM.



RGO etiam in lacrymas, etiam in suspiria
 Vates

Ibimus : in medio flentum agmine , nos
 quoque vocem

Ægram attollemus ; gemitûs & conscia

nostri

Plessæa immenso complebimus Atria planctu.

Ingens occubuit, fatóque ereptus acerbo

Ille homines longè supra , & mortalia supra

Mortalis, tristi premitur TURENNIUS urnâ.

Altiùs hunc toto sub pectore Gallia casum
Sensit : eam, crudo seu læsam vulnere, vires
Defecere : abiit decor omnis, & horrida vultum
Palluit, ac subitis sua condidit ora tenebris.

Squallidior Regni hinc facies, hinc omnia latè
Lamentis ululant communibus : ardua Divûm
Delubra infaustis mærent atrata Trophæis.

Aula gemit stupefacta ; gemunt cum milite Cives ;
Nulla domus regiôque alti non plena doloris.
Ille hostes etiam tangit dolor ; & sibi quamvis
Exoptata fuit, queritur Germania mortem.

Nos igitur junctis unâ plangoribus, inter
Mille Oratores juvat ire, & carmine mœsto
TURENNI decus egregium, laudémque animúmque
Enarrare : juvat nimiùm felicia bella,
Prostratas Aquilas, conculcatósque Leones,
Et celebres, causam lacrymis, memorare triumphos.

Viderat adversis perculsa Batavia fatis
Res fractas ruere in pejus, lapsúmque minari :
Deletas acies, debellatasque feroci
Marte urbes, aut æqua solo jam mœnia, foedis
Undique relinquiis fumantia ; tecta ruinis
Deformata ; haustas & opes terræque marique.
At neque tot damnis attrita Batavia fastum
Dementem posuit ; sed adhuc in clade superba,

Indocilisque pati Victorem, in viscera sævit
 Ipsa sua, & propriis gaudet periisse sub undis
 Ne pereat: neque naufragio contenta, quietos
 Advocat in belli partem atque incendia, Reges.
 Illicet Hispanus, quo non solertior alter,
 Et miscere novos, veteresque augere tumultus,
 Advolat. Ipsa etiam socio inflammata furore
 Conjurata ruit Germania. Plurimus urit
 Juris amor patrii, & fuso redimenda cruore
 Libertas. Uno hoc prætexunt nomine bellum.

Jamque ibant rapidâ passim exundantia mole
 Agmina Germanorum, agrisque effusa per omnes,
 Alsatia stragem populis lethumque ferebant.
 Nec satis & vires, & opes hausisse Suorum;
 Ultra est quod tantis petitur conatibus: atrox
 Impendet Gallo exitium; nec jam abfore jactant,
 Quin toto effundant horrorem & funera Regno.
 Ast ubi fama volat, numero licet impare, Gallos
 Adventare, tremunt; tumidusque repente remittit
 Fastus, & ancipiti trepidant præcordia motu.
 Auget terrorem ductor TURENNIUS, ipso
 Nomine Bellator: non jam amplius atra minantur
 Excidia, aut nostros agitant invadere fines.
 Ergo fugam moliri, & Rheni se objice lato
 Protegere, oppositisque animas defendere muris.
 Nunc medio dare se campo, nunc se abdere castris:

Nunc quoque mentito pugnae praesentis amore
 Mille per ambages oblatam eludere pugnam.
 At non ambages, indeprensaeque latebrae,
 Germano potuere instantem avertere pestem.
 Nil fuga, nil miseris Rheni mora profuit: unus,
 Unus agit toto TURENNIUS æquore, & actos
 Usque Palatini procul arva sub ultima, fundit.

Vidisti, vix nota prius, nunc cæde Tuorum
 Cognita, Teutonibus dirum, Sintzenia, nomen;
 Vidisti fusas acies, & caesa virorum
 Millia, disiectas peditumque equitumque catervas,
 Captivosque Duces: latè horret nunc quoque truncis
 Terra cadaveribus, stagnant & sanguine fossæ.

Vallis erat densis hinc sentibus aspera, & illinc
 Collibus & sylvis, vastâ hinc defensa palude.
 Cernitur in medio Sintzenia. STREINIUS urbem
 Cum nimbo peditum, collem qui molliùs urbi
 Imminet, Insignis LOTHARINGUS, & acer in armis
 Loricata trahens CAPRARARIUS agmina, habebant.
 Germanis natura loci, numerusque virorum
 Dant animos; Gallis TURENNIUS. Hoc duce lentos
 Esse pudet: stat ubique hostem praevertere; quòque
 Plura moram faciunt, hoc crescunt altiùs iræ,
 Et ferri violentus amor. Per iniqua viarum,
 Per casus rerum innumeros, in praelia tendunt.

Jamque salebrosas rupes, atque avia lustra

Evasere

